

# Lingua Latina



Ludus Bruni Cathala II usque X  
villicis VII usque LXXVII milia DC-  
CLXXVII annos agentibus (saltem)



## SUMMARIUM

Lusores villicii sunt. Coniungunt vaccas et eis greges conformant aptos ut in stabulum ferantur. Tamen, aliquae vaccae muscis infestatae sunt et nemo quidem apud eas esse vult.

## META

Quam minimum muscarum numerum in tuo stabulo habere in ludi fine.

**Unusquisque fasciculus III. PAGELLAS LUSORIAS VACCARUM** continet LXXIV muscarum in totum. (Illustratio I et V)

XV vaccae, numeratae ab I usque ad XV, sine ulla musca / XIII vaccae, numeratae a II usque ad XIV cum una musca unaqueque earum / XI vaccae, numeratae a III usque ad XIII, cum II muscis unaqueque earum / III vaccae, numeratae numeris VII, VIII et IX cum tribus muscis unaqueque earum // VI speciales vaccae quadam cum supervirtute...et quinque muscae ! / I pagella cum SAGITTA ludi directionem ostendens / IV illustrationis pagellae (viridis fasciculus I usque ad IV – flavus fasciculus V usque ad VII).

## QUOMODO LUDATUR

Si sunt III usque ad V lusores, viridi fasciculo utimini.

Si sunt VI usque ad X lusores, ambobus fasciculis utimini. Ambobus in casibus, pagellas bene misce.

Unicuique villico quinque distribuuntur pagellae. Reliquae reversae relinquuntur in media mensa. Villicus qui ludum incipit sagittae pagellam contra semetipsum ponit collimans vicinum in sinistro latere. Ludit primam pagellam ex sua manu in media mensa et aliam pagellam ex fasciculo capit. Tum unusquisque villicus vicissim superaddit vaccam cum numero aut iam lusos superiores aut inferiores et ex fasciculo aliam capit pagellam. *In illustratione II, superaddere potes vaccam cum numero aut VII inferiore aut XI superiore.*

**Speciales vaccae: Illustratio III speciales vaccas ostendit cum quinque muscis ex viridi fasciculo.**

**Obsidionis vacca a)** Hanc pagellam lude ad unum claudendum in extrema linea.

**Acrobatica vacca b)** Hanc pagellam lude super aliam vaccam cum eodem numero. Haec pagella ludi non potest nisi requisita vacca iam gregi pertineat eique idem sit numerus (VII aut IX).

**Tarda vacca c)** Inserere hanc vaccam in lineam pro numero deficienti. Exempli causa, occupare potest locum VI, VII aut VIII inter V et IX.

**Nota bene!** Villicus qui ludat speciales cum vaccam cum V muscis ex viridi fasciculo, potest, si vult, ludi directionem mutare. Hoc in casu, lusor pagellam SAGITTAM capit et ponit collimantem sinistrorsum dextrorsumve ut libeat. Ludus prosequitur in directione sagitta ostensa.

**Speciales vaccae: Illustrationes VI et VII speciales vaccas ostendunt cum V muscis 5 ex flavo fasciculo.**

**Obsidionis vacca d)** Hanc lude pagellam ad unum claudendum in extrema linea.

**Vitula e)** Hanc lude pagellam in ultima linea, apud proximam vaccam cum qualicumque muscarum numero (hoc est, cum viridi fundo). Eius pretium est unum plus minusve quam vacca quae est proxime apud eam. Si proxime est apud I, eius pretium nihil est. (Poni non poterunt posteriores vaccae apud vaccam cuius pretium nihil sit!)

**Exilis vacca: f)** Lusor qui gregi hanc addiderit vaccam, aliam pagellam non capit in fine suae vicis.

**Lactaria vacca: g)** Lusor qui gregi hanc addiderit vaccam, alias capit duas substitutionis pagellas amplius pro I.

**Furiosa vacca cow: h)** Substituere vaccam VIII pro hac vacca et adde tuae manus vaccam VIII. Ne capias ulteriorem pagellam ex fasciculo. Dum in grege furiosa sit vacca, tantum addi possunt gregi vaccae cum muscis.

**Nota bene!** Villicus qui cum speciali vacca ludat cum V muscis ex flavo fasciculo, potest, si vult, eligere quis proximus futurus sit lusor. Ludus adamussum prosequitur istius lusoris vice.

## GREGEM IN STABULUM AGE

Villicus qui non possit vel NON POSSIT vel NOLIT lineae vaccam addere, omnes pagellas ex grege capit et reversas in stabulo ponit... Deinde, alium gregem incipit. Unaquaeque musca quae in stabulo sit I verecundiae punctum producit in ludi fine.

## CIRCUITUS FINIS LUDIQUE FINIS

Simul atque ultima vacca ex fasciculo capit, ludus prosequitur donec villicus ultimum gregem capit.

Tum villici addunt omnes vaccas quae in manu sua in stabulo sunt. In summam redigunt omnes vaccas quae in suo stabulo sunt et hoc suo subnumero addunt. Ludus MOW plerisque circuitibus luditur: simul atque villicus cumulavit C muscarum in fine circuitus, ludus consummatur. Victor est villicus cum muscarum minimo numero. Saepe, victus audiri potest vaccae mugitus imitans... ut probri tristitiaque signum!

**FACIE AD FACIEM II villicis (viridi fasciculo utimini).** (Illustratio IV)

Tribus diversis luditur gregibus, stellae ad formam dispositis. Ad maiorem usum facilitatem pagellae congeri possunt. In principio uniuscuiusque circuitus, SAGITTA in horologii acuum sensum collimat. Primus villicus gregem incipit. Tum secundus villicus secundum gregem incipit. Tum primus villicus tertium gregem incipit. Tum secundus villicus cum primo grege prosequitur, etc. Ita complentur tres greges in mensa alternis vicibus. Cum villicus NON POTEST aut NON VULT vaccam superaddere, gregem capit et alium pro suo loco incipit gregem, quin eo alii duo afficiantur. Cum fasciculus exhauritur et unus ex villicis unum trium gregum capit, circuitus finitur. Neuter villicorum pro reliquis gregibus puncta colligit. Reliquae regulae inaltratae permanent.

**Gratias:** Nobis liberet gratias agere omnibus vaccis orbis universi nam sine eis hic ludus non futurus fuisset. Hurrigan fidem praestat nullam vaccarum vulneratam neque vexatam esse in huius ludo decursu.

**Translatio:** Loqueris scribisque lingua quae in regularum codicillo non includitur? Age, piger ne sis: transfer regulas pro Mow et hanc translationem remitte ad [mow@hurricangames.com](http://mow@hurricangames.com) et nos in nostro loco « web » edemus.

*Hae regulae in lingua Latinae sunt a doctore Francisco Ruiz de Pablos (Hispano).*